Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber qvintvs de temporibvs et primo de cronica [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

INCIPIT · LIBER · QVINTVS · DE · TEMPORIBVS ET · PRIMO · DE · CRONICA · ET · EIVS · NOMINE

CRONICA · GRAECE · DICITVR QVAE · LATINE · TEMPORVM SERIES · APPELLATVR · QVA/ lem apud graecos eusebius cesariensis eps edidit · et hieronimus presspiter in latinam linguam conuertit. Cronos enim grece latine tempus interpretatur

De. Momentis Ca·ii

Empora autem momentis · horis · diebus · mensibus · annis · lustris · seculis · etatibus diuiduntur. Momentum é minimú atq; angustissimú tempus. A motu siderum dictum. Est enim extremitas hore in breuibus intuallis · cum aliquid sibi cedit atq; succedit. Hora graecú est nomé & tamen latinum sonat. Hora enim finis est temporis · sicut & hore sunt fines maris · fluuiorum · & vestimentorum

De. Diebus Ca·iii

Dies est presentia solis siue sol supra terras. Sicut nox sub terris. Vt eni dies & nox sit · causa é aut sup terrá sol aut sub terris. Dies legitimus · xxiiii · horarum est · vsq; dum dies & nox spacia sui cursus ab oriente vsq; ad alium orientem solem caeli volubilitate concludit. Abusiue aut dies vnus est spacium ab oriente sole vsq; ad occidenté. Sunt autem diei spacia duo · interdianum atq; nocturnum. Et é dies quidem horarum · xii. Spacium auté noctis horarum · xii. Vocatus autem dies a parte meliore. Vnde & in vsú est ut sine cómemoratione noctis numerum dicamus dierum · sicut & in lege diuina scriptum est. Factum est vespere & mane dies vnus. Dies secundum egiptios incboat ab occasú solis. Secundú persas ab ortu solis. Secundum athenienses a sexta hora diei. Secúdum romanos a media nocte. Vnde & túc gallicinú est · quoy vox diei ostendit preconiú · quando & mesonictius afflatus fit Dies dicti a diis · quorum nomina romani quibusdá sideribus sacrauerunt. Primum enim diem a sole appellauerunt · qui princeps est omnium siderum · sicut & idem dies caput é cúctorum dierum Secundú a luna · que soli & splendore et magnitudine proxima est · & ex eo mutuat lumen. Terciú ab stella

martis·que vesper vocatur. ¶ Quartum ab stella mercurii·quá
quidam candidum circulum dicunt. ¶ Quintum ab stella iouis
quam phetontem aiunt. ¶ Sextum a veneris stella·quá lucife/
rum asserunt·que inter omnia sidera plus lucis habet. ¶ Septi
mum a stella saturni·que sexto caelo locata·xxx·annis fertur ex
plere cursum suum. Proinde autem ex his·vii·stellis nomia die/
bus gentiles dederút·eo q̃ per eosdem aliquid sibi effici estima/
rent· dicentes haberea. Sole spiritum·a. Luna corpus·a. Marte
sanguinem·a. Mercurio ingenium & linguá·a. Ioue temperátiá
a. Venere voluptatẽ.a. Saturno humorem ¶ Talis quippe exti/
tit gentilium stulticia· qui sibi finxerant tam ridiculosa figmen
ta. ¶ Apud hebreos autem dies prima·vna sábbati dicitur· qui
apud nos dies dominicus est·quem gentiles soli dedicauerunt.
Secunda sábbati·secunda feria·quem seculares diem lune vocát
Tercia sábbati·tercia feria· quem illi diem martis vocát. Quarta
sábbati·quarta feria·que mercurii dies dicitur a paganis. Quíta
sábbati·quinta feria est·id est quítus a die dominica· qui apud
gentiles iouis vocatur. Sexta sábbati·vi·feria est·qui apud eosdẽ
paganos veneris nuncupatur. Sabbatum autem septimus a do
minico est die· quem gentiles saturno dedicauerunt· & saturni
nominauerunt. Sabbatum autem ex hebreo in latinum requies
interp̃tatur· eo q̃ deus in eo requieuisset ab omnibus operibus
suis. Melius autem in vocabulis dierum de ore xp̃iano ritus lo
quendi ecclesiasticus procedit. Tamen siquem forte consuetudo
traxerit·ut illud exeat ex ore quod im,pbat corde·intelligat illos
omnes de quorum nominibus appellati sunt hi dies· homines
fuisse & propter beneficia quedam mortalia·quia plurimú po/
tuerunt & inuenerunt in hoc seculo·delati sunt eis ab amatori
bus suis diuini honores·& in diebus·& i sideribus. Sed primú
a nomi nibus hominú sidera núcupata· & a sideribus dies sunt
appellati. ¶ A fando autem ferie núcupate sunt·q̃ in eis nobis
sit tempus dictiónis id est in diuino vel in humano officio fari·
Sed ex his festi dies hominum causá instituti sunt feriati causá
diuinorum sacrorum. ¶ Partes diei tres sunt· mane·meridies·et
suprema. ¶ Mane lux matura & plena·nec iam crepusculú. Et
dictum mane a manu·manum enim antiqui bonum dicebant
Quid eni melius lucẽ? Alii mane existimant vocari a manibus
id est diis·quorum conuersatio a luna ad terram est. Alii putát

ab aere·quia manus id est clarus ẽ atq; perspicuus. ¶ Meridies dictus quasi medidies·hoc est medius dies·vel quia tũc purior dies est·merum enim purũ dicitur. In toto enim die nichil clarius meridie· quando sol e medio caelo rutilat·& omnẽ orbem pari claritate illustrat. ¶ Suprema est postrema pars diei·qndo sol cursum suum in occasum vertit·dicta eo q̃ superest ad partẽ vltimam diei. ¶ Serum vocatum a clausis seris·quando iã nox venit· ut vnusquisq; somno tutior sit. ¶ Hodie quasi hoc die. ¶ Et quotidie non cotidie·ut sit quot diebus. ¶ Cras quod ẽ postea. ¶ Hesternum est pridie. Et dictum externum ab eo q̃ iam dies sit a nobis extraneus·& pretereundo alienus. ¶ Pridie autem quasi priori die. ¶ Perendie id est parante die·vel in antecessu id est prius

De. Nocte

Ca·iiii

Nox a nocendo dicta·eo q̃ oculis noceat. Que idcirco lune ac siderum lucem habet·ne indecora esset· & ut consolaret omnes nocte operantes· et ut quibusdam animantibus que lucem solis ferre non possunt ad sufficientiã temperaretur. Noctis autem & diei alternatio propter vicissitudinẽ dormiendi & vigilandi effecta est·et ut operis diurni laborem noctis requies temperet. Noctem autẽ fieri dicunt· aut q̃a longo itinere lassatur sol·et cum ad vltimum caeli spaciũ peruenit elanguescit· ac tabefactus efflat suos ignes. aut quia eadẽ vi sub terras cogitur·qua super terras pertulit lumen·et sic vmbra terre noctẽ facit. Vnde & virgilius. Ruit oceano nox inuoluens vmbra magna terramq; polumq;. ¶ Noctis partes·vii· sunt id est vesperum·crepusculum·conticinium·intempestũ·gallicinũ matutinum·diluculum. ¶ Vesperum a stella occidentali vocat̃ que solem occiduum sequit̃·& tenebras sequentes precedit. De qua virgilius. Ante diem clausum componet vesper olimpo. ¶ Tenebre autem dicte·q̃ teneãt vmbras. ¶ Crepusculum est dubia lux. Nam creperum dubium dicimus· hoc est inter lucẽ & tenebras. ¶ Conticinũ est quando omia silent. Cõticescere enim silere est. ¶ Intempestũ est mediũ & inactuosum noctis tempus·quando agi nichil potest·& omnia sopore queta sunt Nam tempus per se non intelligitur· nisi per actus humanos· medium autem noctis actu caret. Ergo intempesta inactuosa· quasi sine tempore· hoc est sine actu· per quẽ dinoscit̃ tempus· Vnde est. Intempestiue venisti. Ergo intempesta dicitur·quia

caret tempore id est actu. ¶ Gallicinium propter gallos· lucis prenuncios dictũ. ¶ Matutinum est inter abcessum tenebrarũ & aurore aduentum. Et dictum matutinum· q̃ hoc tempus incboante sit mane. ¶ Diluculum quasi iam incipiens parua diei lux. Haec et aurora que solem precedit. Est autẽ aurora diei clarescentis exordium·& primus splendor aeris· qui grece eoos dicitur·quam nos per deriuationem auroram vocamus· quasi ororam. Vnde est illud. Et letos eoos eurus equis coasq; acies.

¶ De Ebdomada ¶ Ca·v

Ebdomada dicta a numero dierum·vii· quorum repeticione & menses·& anni·& secula· peragunt. Ebda enim graeci septem dicunt. Hanc nos septimanam vocamus quasi septem luces. Nam mane lux est. Octauus autẽ dies idem primus est ad quẽ reditur· & a quo rursus ebdomadis series orditur

¶ De Mensibus ¶ Ca·vi

Mensis nomen est graecum·de lune nomine tractum Luna enim mene graeco sermone vocatur. Vnde & apud hebreos menses legitimi nõ ex solis circulo·sed ex lune cursũ numerantur· quod est de noua ad nouã. Egiptii autem primi propter lune velociorem cursum·& ne error computationis eius velocitate accideret· ex solis cursũ diem mensis adinuenerunt·quoniam tardior solis motus facilius poterat cõprehendi. ¶ Ianuarius mensis a iano dictus·cui fuit a gẽtilibus consecratus. Vel quia limes & ianua sit anni. Vnde & bifrons idem ianus pingitur· ut introitus anni & exitus demonstretur ¶ Februarius nuncupat̃ a februo id est plutone· cui eo mense sacrificabatur. Nam ianuarium diis superis· februariũ diis manibus romani consecrauerunt. Ergo februarius a februo id est a plutone non a febre id est egritudine nominatur. ¶ Martius appellatur·propter martem romane gentis auctorem. Vel q̃ eo tempore cuncta animantia ad marem agantur· & ad concumbendi voluptatem. Idem appellatur & mensis nouorum· quia anni initium mensis est martius. Idem & nouũ ver ab indicis scilicet germinũ· quia in eo viridantibus fructibus nouis·transactorum probatur occasus ¶ Apprilis pro venere dicitur quasi afrodis·graece enim afrodis venus dicitur. Vel quia hoc mense omnia apperiuntur in florem·quasi apperilis. ¶ Maius dictus a maia matre mercurii. Vel a maioribus natu·q̃ erãt principes

reipublice. Nam hunc mensem maioribus·sequentem vero mi
noribus romani consecrauerũt. ¶ Vnde & iunius dicit. Antea
enim populus in centurias seniorum & iuniorum diuisus erat
¶ Iulius vero &. Augustus de honoribus hominum iulii &
augusti caesarũ nũcupati sunt. Nam prius quintilis & sextilis
vocabantur. Quintilis quia quintus erat a marcio·quem prin/
cipem anni testantur esse romani. Sextilis similiter q̃ sit sextus
¶ September nomen habet a numero·& imbre·quia septimus
est a marcio·& imbres habet. ¶ Sic & october·nouember·atq;
december· ex numero & imbribus acceperunt vocabulum·quẽ
numerum decurrentem december finit· pro eo q̃ denarius nu/
merus precedentes numeros claudit. ¶ Kalendas autem nonas·
& idus·propter festos dies romani instituerunt. Vel ꝓpter offi
cia magistratuum. In his enim diebus conueniebat̃ in vrbibus
Quidam autem kalendas a colendo appellari existimãt. Apud
veteres enim omnium mensium principia colebantur· sicut &
apud hebreos. ¶ Idus autem pleriq; latinorũ ab edendo dictas
putant· de eo q̃ hi dies apud veteres epularum essent. ¶ None
a nundinis vocate. Nundine enim sunt publice conuẽtiões siue
mercimonia ¶ De. Solsticiis & equinoctiis ¶ Ca·vii

Solsticium dictum quasi solis statio·q̃ tunc sole stã/
te crescant dies vel noctes. ¶ Equinoctium vero ap/
pellatum est·q̃ tũc dies et nox horarũ spacio equali/
consistunt. Duo sunt autẽ solsticia. Vnum estiuum·viii· kalen/
das iuliarum· de quo tempore remeare sol ad inferiores incipit
circulos. Aliud hiemale·viii·kalendas ianuariarũ·quo tempore
sol altiores incipit circulos petere. Vnde hiemalis solsticii dies
minimus·sicut estiui maximus inuenitur. Item duo sunt equi/
noctia·vnum vernale·& aliud autumnale. Que graeci eichmec
vocant. Sunt autem haec equinoctia die·viii·kalendarũ octo/
brium· quia annus olim in duas partes tantum diuidebat̃·hoc
est in estiuum & in hiemale solsticium· & in duo hemisperia.
¶ De. Temporibus anni ¶ Ca·viii

Empora anni sunt·iiii·ver·estas· autũnus·& hiems·
Dicta sunt autem tempora a cõmunionis tempera/
mento·q̃ inuicẽ se humore·siccitate·calore et frigore·
temperent. Haec et curricula dicuntur·quia nõ stant sed currũt
Constat autem post factum mũdum ex qualitate cursus solis

tempora inter nos menses fuisse diuisa. Quorum tempo⁊ talem veteres discretionem faciunt·ut primo mense ver nouum dicat· secundo adultum·tercio preceps. Sic et estas in suis tribus mensibus noua·adulta·& preceps. Sic et autumnus nouus·adultus & preceps. Itē hiems noua·adulta·& pceps·siue extrema. Vnde & illud. Extreme sub casu hiemis. Ver autem dictum q̃ viret. Tunc enim post hiemem vestitur tellus herbis·& in florē cuncta prorumpunt. Estas dicitur ab estu id est a calore·& aestas quasi vsta id est exusta & arida. Nam calor aridus est. Autumnus a tempestate vocatur·quando & folia arborum cadunt·& omnia matureſcunt. Hiemem ratio hemisperii nūcupauit· quia tunc breuiore sol voluitur circulo. Vnde & hoc tempus bruma dicitur·quasi braxin id est breuis. Vel a cibo q̃ maior tunc sit vescendi appetitus. Edacitas enim graece bruma dicitur. Vnde & inbrumati dicuntur· quibus fastidium est ciborū. Hibernus aūt inter hiemē et vernū ē·quasi hieuernus q̃ plerumq̃ a parte totam hiemem significat. Haec tempora singulis etiam caeli partibus ascribuntur. Ver quippe orienti datur· quia tūc ex terris omnia oriuntur. Estas vero meridiano·eo q̃ pars eius calore flagrantior sit. Hiems septētrioni·eo q̃ frigoribus & perpetuo gelu torpeat. Autumnus occiduo·,ppter quod graues morbos habeat. Vnde & tunc folia arborum defluunt. Vt autem autumnus habundet morbis· facit hoc confiniū frigoris & caloris·& compugnantia inter se contrariorū aerum.

De. Annis — Ca·viii

Annus est solis amfractus cum peractis trecentis·lxv diebus· ad eadem loca siderum redit. Annus autem dictus· quia mensibus in se recurrentibus voluitur. Vnde & anulus quasi ānuus id est circulus·q̃ in se redeat. Virgilius. Atq̃ in se sua per vestigia voluitur annus. Sic enī apud egiptios indicabatur ante inuentas litteras·picto dracone caudā suam mordente·quia in se recurrit. Alii annum dicunt anmtoianeoitai· id est ab innouatione· renouat enim semper. Triā autem sunt tempora annorum. Aut enim lunaris annus ē·xxx dierum. Aut solsticialis·qui·xii·continet menses. Aut magnus, omnibus planetis in eundem locum recurrētibus· qui fit post annos solsticiales plurimos. Era singulorum annorum constituta sunt a caesare augusto· quando primū censu excogitato

romanum orbem descripsit. Dicta autem aera ex eo q̃ omnis orbis es reddere professus est reipublice

De. Olimpiadibus·& lustris·& iubileis Ca·x

Olimpias apud grecos constituta apud olidem grecie ciuitatem oeliis agentibus agonem·et quinquennale certamen· quatuor mediis annis vacantibus. Et ob hoc olidum certaminis tempus olimpiade vocauerũt·quadriẽ/nio in vna olimpiade supputato. Lustrum vero ẽ pretereſin· id est quinquennium· quod quinto anno dicitur condi· ꝓpter olimpiadas a romanis· adhuc enim consules·adhuc era nondũ erant. Est enim quinquennale tempus·ideo vero sic vocatur·eo q̃ censu per quinquennium in republica peracto· vrbs roma lustrabatur. Iubileus interpretat̃ remissionis annus. Est enĩ hebraicus & sermo & numerus· qui septenis annorũ ebdoma/dibus·id est·xl·&.viii·annis texitur·in quo clangebantur tube & ad omnes reuertebatur antiqua possessio·debita absoluebant̃ confirmabantur libertates. Nunc numerum etiam in diebus penthecosten & ipsi celebramus· post domini resurrectionem remissa culpa· & tocius debiti cirographo euacuato· ab omni nexu liberi suscipientes·aduenientem in nos gratiã spũs sancti.

De. Seculis & etatibus Ca·xi

Secula generationibus constant. Et inde secula q̃ se sequantur·abeuntibus enim aliis alia succedũt. Nũc quidam quinquagesimum annum dicunt·quem he brei iubileum vocant. Ob hanc causam & ille hebreus·q̃ ꝓpter vxorem & liberos amat dominum suum· aure pertusa seruicio subiugatus seruire iubetur in seculum· hoc est vsq̃ ad annum quinquagesimum. Etas plerumq̃ dicitur & pro vno anno· ut in annalibus·& pro·vii·ut hominis·et ꝓ centũ· et ꝓ quouis tempore. Vnde et etas tempus·quod de multis seculis instruit̃. Et dicta etas·quasi euitas·id est similitudo eui. Nam euum est etas perpetua· cuius neq̃ initium neq̃ extremitas noscit̃· quod graeci eonas vocant·quod aliquando apud eos pro seculo·aliqñ pro eterno ponitur. Vnde & apud latinos est deriuatum. Etas autem proprie duobus modis accipitur vel dicitur. Aut enim hominis·sicut infantia·iuuentus· senectus. Aut mundi· cuius prima etas ẽ ab adam vsq̃ ad noe. Secũda a noe vsq̃ ad abrahã. Tercia ab abraham vsq̃ ad dauid. Quarta autẽ a dauid vsq̃ ad

transmigrationem iude. Quinta deinde ad aduẽtum saluatoris in carne. Sexta que nunc agitur·vsquequo mundus iste finiat. Quarum decursus per generatiões & regna primus ex nostris iulianus affricanus sub imperatore marco aurelio antonino simplicis historie stilo elicuit. Dehinc eusebius ep̃s cesariensis·atq; sancte memorie. Hieronimus presbiter chronicorum canonem multiplicem ediderunt historiam regnis simul & temporibus ordinatam. Dehinc alii atq; alii inter quos precipue victor turonensis ecclesie ep̃us recensitis priorũ historiis·gesta sequentiũ etatum vsq; ad consulatũ iustini iunioris imperatoris expleuit. Horum nos temporum summã ab exordio mundi ad augusti heraclii impatoris vel sumtilani regis gothorũ quãta potuimꝰ breuitate notauimus tempora· a diacẽte e latere descendẽte linea temporum· cuius indicio summa preteriti seculi cognoscatur. Quarum decursus per generationes & regna ita inspicitur

De. Discretione temporum Ca·xii

Prima etas continet in exordio sui creationem mũdi Primo enim die deus in lucis nomĩe condidit angelos. Secundo in firmamẽti appellatione celos. Tercio in discretionis vocabulo speciem aquarum & terre. Quarto luminaria caeli. Quinto animantia ex aquis. Sexto animantia ex terra·& hominem quem appellauit adam Prima etas

Adam ãno·cc·xxx·genuit seth. A quo filii dei·cc·xxx Seth anno·cc·v·genuit enos. Qui primus cepit inuocare nomẽ domini·cccc·xxxv. Enos anno·xc· genuit cainan·dc·xxv. Cainan anno·lxx· genuit malaleel· dc· xc. Malaleel anno·c·lxv·genuit iareth·dcccc·lx. Iareth ãno centesimo·lxii· genuit enoch qui translatus est·ĩ·c·xxv. Enoch ãno centesimo lxv·genuit matusalem·ĩ·cc·lxxxvii. Matusalem anno·c·lxvii·genuit lamech·ĩ·cccc·liii. Lamech anno·c· lxxxviii· genuit. Noe Archa edificatur·ĩ·dc·xlv. Noe autem anno·dc·factum est diluuium·ñ·cc·xlii·

Secunda. Etas

Rem post diluuiũ·ii·anno genuit arfaxat·a quo chaldei·ñ·cc·xliii. Arfaxat ãno·c·xxxv·genuit sala. a quo antiqui samarite vel indi fuerunt·ñ·ccc·lxxviii. Sala anno·c·xxx·genuit heber·a quo hebrei·ñ·d·viii. Heber anno·c·xxxiii·genuit phaleg. Hoc tempore diuise sunt lingue· & per orbem terrarũ facta est dispersio in edificatiõe turris·ñ·dc·xliii·

Phaleg anno·c·xxx·genuit ragau. Dii primum adorant·ñ·dcc·lxxiii. Ragau anno·c·xxxii·genuit saruch. Regnum incboat sci/tarum·ñ·dcccc·v. Saruch anno·c·xxx genuit nachor. Regnum egiptiorũ nascitur·ñi·xxxv. Nachor anno·lxxviiii·genuit thare Regnum assiriorum & sicimorũ exoritur·ñi·cxiiii. Thare anno lxx·genuit abrahã. Zoroastres magicã arte reperit·ñi·cl·xxxiiii·

Tercia. Etas

Abraham anno centesimo genuit isaac ex sara libera. Nã prius & ismahel a quo ismahelite·ñi·cc·lxxxiiii· Isaac ãno·lx·genuit iacob. Argiuorum regnũ incho/at·ñi·ccc·xliiii. Iacob anno·xci·genuit ioseph. Phoroneus graecie leges dedit·ñi·cccc·xxxv. Ioseph annos·cx·vixit. Graecia segetes habere cepit·ñi·d·xlv. Hebreorũ seruitus in egipto ãnos·c·lxiiii Athlas astrologiam inuenit·dc·lxxxviiii. Moises annis·xl·rexit populum in heremo. Hebrei legem & litteras habere ceperunt· ñi·dcc·xxviiii. Iosue ãnos·xxvi. Erictonij ĩ troia quadrigã iũxit ũũ·dcc·lv. Othoniel ãnos·xl. Cathmus litteras graecis dedit·ñi· dcc·xcv. Aioth ãnos·lxxx. Fabule ficte sunt·ñi·dccc·lxxv. Deb/bora ãnos·xl. Apollo medicie artẽ inuenit·et citarã repit·ũi·dcccc xv. Gedeõ ãnos·xl. Mercurij lirã repit et orpheo tẽdidit·ñi·dcccc lv. Abimelech annos·iii. Chorus in grecia inuẽtus est·ñi·dcccc lviii. Tola annos·xxiii. Priamus regnauit in troia·ñi·dcccc·lxxxi Iair annos·xxii. Carmentis latinas litteras reperit·ññ·iii. Iepte annos·vi. Hercules se flammis iniecit·ññ·viiii. Esebon annos vii. Alexander helenã rapuit·ũũ·xvi. Abdon annos·viii. Troia capta est·& eneas in italiam venit·ũũ·xxiiii. Samson annos·xx· Ascanius albam cõdidit ciuitatem a quo albani·ũũ·xliiii. Heli sacerdos annos·xl. Archa testamenti capiẽ·ũũ·lxxxiiii. Samuel & saul annos·xl. Homerus fuisse putatur·ũũ·cxxiiii.

Quarta. Etas

Dauid regnauit ãnis quadraginta. Cartago a didone conditur. Gad. Nathan &. Asaph prophetauerunt· ũũ·clxiiii. Salemon ãnis·xl. Templum hierosolimis edificatur·ũũ·cc·iiii. Roboam annis·xvii. Regnum israhel & iu da diuiditur·ũũ·cc·xxi. Abia annis·iii·sub quo abimelech pon/tifex fuit·ũũ·cc·xxiiii. Asa annis· xli. Achias amos ieu iohel & asarias prophetauerunt·ũũ·cc·lxv. Iosaphat annis·xxv. Prophe/tauit helias & heliseus. Abdias & micheas. ũũ.cc.xc. Iorã annis

viii·prophetauit. Helias & eliseus. úú.·cc·xc·viii. Ochozias áno
vno. Helias rapitur·úú·cc·xc·ix. Atalia ánis·vii. Ionadab filius
rechab sacerdos claruit·& ioiada pontifex·úú·ccc·vi. Ioas annis
xl. Zacharias propheta occiditur inter templum & altare. Heli/
seus moritur. úú.ccc.xlvi. Amasias annis.xxviii. Cartago con/
dita est ut quidam estimant. Alii ut supra. úú.ccc.lxxv. Osias
ánis.lii. Olimpias a grecis instituit·assiriorúq; regnú in medos
transfertur. úú.cccc.xxvii. Ioatan annis.xvi. Remus & romulus
nascuntur. úú.cccc.xliii. Achas annis.xvi. Roma condit. úú.cccc
lviii. Ezechias anno.xxviii. Senatus rome fit. úú.cccc.lxxxviii.
Manasses anno.lv. Sibilla samia claruit. úú.d·xliii. Ammon an
nis. xii. Census primum agitur. úú. d lv· Iosias annis· xxxii·
Tales philosophus agnoscitur· úú·d·lxxxvi. Ioachim annis.xi.
Nabuchodonosor iudeam capit. úú.d.xcvii. Sedechias anno.xi.
Sapho mulier diuerso poemate claruit. úú.dc.viii

Quinta. Etas

Hebreorum captiuitas annis septuaginta iudith histo
ria scribitur. úú.dc.lxxviii. Darius anno.xxxiii. Iu/
deorum captiuitas resoluitur. úú.dcc.xiii. Xerxes an/
no.xx. Sophocles et euripides tragedi celebrabant. úú.dcc.xxxiii
Artarxerxes anno.xl. Hesdras incensam legem renouat. úú.dcc.
lxxiii. Darius qui & nothus anno.xviii. Haec etas habuit pla/
tonem primum rhetorem. úú.dcc.xcii. Artarxerxes anno. xxvi.
Demostenes & Arestoteles predicantur. úú. dccc.lviii. Xerxes
annis.iiii. Xenocrates illustris habetur. úú.dccc.lxii. Darius áno
vi. Alexander hierosolimá cepit. úú.dccc.lxviii. Alexander mag/
nus anno.v. asiam optinuit. úú.dccc.lxxiii. Ptolomeus anno.xl
Machabeorú liber incboat primus. úú dcccc.xiii. Philadelphus
áno·xxxviii·lxx·interpretes agnoscuntur·úú·dcccc·li. Euergetes
ann·xxvi. Iesus sapientie librum componit ·úú·dcccc· lxxvii.
Philopater ann·xvii. Ab isto iudei prelio victi·xl·milia corrue
runt armatorum·úú·dcccc·xciii. Epiphanes ann·xxiiii. Macha
beorum secunda libri historia componitur. Romani grecos ob/
tinuerunt·v·xviii. Philometor ann·xxxv. Scipio affricam vicit
v·liii. Euergetes ann·xxviii. Brutus hispaniam subegit·v·lxxxii
Soter ann·xvii. Traces romanis subiciuntur·v·xc·viii. Alexan
der ann·x. Siria romanis subiecta est·v·c·viii. Ptolomeus ann
viii. Retorica ars rome cepit·v·cx·vii. Dionisius ann·xxx. Pom/

peius iudeam capit·v·cxl·vii. Cleopatra anñ·ii·romanis subdit.
v·c·xl·viii.Iulius cesar anñ·v. Hic primus monarchiam tenuit
v·cl·iiii·

Sexta. Etas

Octauianus anñ·lvi.Xps nascit·v·cc·x. Tiberius anñ
xxiii. Xps crucifigit·v·cc·xxxiii.Gaius caligula anñ
iiii.Matheus euangeliũ scribit·v·cc·xxxvii.Claudius
ãnis·xiii. Marcus euangelium edidit·v·cc·li. Nero annis· xiiii.
Petrus & paulus necantur·v·cc·lxv.Vespasianus ãnis·x. Hiero
solima a tito subuertitur·v·cc·lxxv. Titus annis·ii.Hic facũdus
& pius fuit·v cc·vii.Domicianus annis·xvi.Iohannes in pathmos relegatur·v·cc·xciii.Nerua anñ·i.Iohannes ephesum redit.
v·cc·xciiii.Traianus annis·xviiii.Iohannes apostolus requiescit
v·ccc·iii. Adrianus ãnis·xxi. Aqla interps habet·v· ccc· xxxiiii.
Antoninus pius annis·xxii.Valentinus et marcion agnoscunt
v·ccc·lvi.Antoninus verus annis·xviiii.Cantafrigarum heresis
oritur·v·ccc· lxxv. Commodus annis·xiii.Theodocion tercius
interpres habetur·v·ccc·lxxxviiii.Helius pertinax annũ vnum.
Nichil habet historie·v·ccc·lxxxviiii.Seuerus ãnis·xviii. Simachus interps quartus habetur ·v·cccc·vii. Antoninus caracalla
annis·vii.Quinta editio hierosolimis inuenitur·v·cccc·xiiii.Macrinus anno vno.Huius breuitatis vite nichil gestorũ habet·v·
cccc·xv.Aurelius antoninus annis·iiii.Sabellii heresis oritur·v
cccc·xviiii.Alexander annis·xiii. Origenes insignis habetur·v·
cccc·xxxii.Maximus annis·iii.Iste germanos vicit·v·cccc·xxxv·
Gordianus annis·vi.Iste de parthis & persis triumphauit·v·cc
cc·xli.Philippus annis·vii.Hic primus xpianus imperator fuit
v·cccc·xlviii.Decius anno·i.Antonius monachus claruit·v·cccc
xlviiii.Gallus annis·ii.Nouatus heresim condidit·v·cccc·li.Valerianus annis·xv. Ciprianus martirio coronatur·v·cccc·lxxvi.
Claudius annis·ii. Iste gothos ab illirico expulit·v·cccc·lxviii.
Aurelianus annis·v.Iste xpianos persequitur·v·cccc·lxxiii. Tacius ãno vno· huius breuitatis vite nichil habet historie·v·cccc
lxxiiii. Probus annis·vi. Manicheorum heresis orta est·v·cccc·
lxxx. Clarus annis·ii. Iste de persis triumphauit·v·cccc·lxxxii.
Diocletianus ãnis·xx.Iste diuinis libris adustis·martiria facit·
v·d·ii.Valerius annis·ii.Huius breuitas vite nichil dignum historie gtulit·v·d·iiii.Constãtinus anñ·xxx.Nicea sinodus cõgregatur·v·d·xxxiiii. Constãtius annis·xxiiii. Antropomorfitarũ

heresis oritur·v̄·d·lviii.Iulianus ánis·ii. Hic ex xp̄iano paganus
factus est·v̄·d·lx. Iouinianus annum vnum.Iste iterũ xp̄ianus
effectus est·v̄·d·lxi. Valentinianus anñ·xiiii.Gothi heretici effi/
ciuntur·v̄·d·lxxv.Gratianus anñ·vi. Pristillianus agnoscitur·v̄
d·lxxxi.Valentinianus anñ·vii.Hieronimus bethleem predicat
v̄·d·lxxxviii. Theodosius anñ·iii. Iohannes anachoreta claruit·
v̄·d·xci.Archadius anñ·xiii.Iohannes crisostomus claruit·v̄·dc
iiii. Honorius annis·xv. Augustinus ep̄us claruit·v̄· dc·xviiii·
Theodosius anñ·xxvii. Nestorius heresiarches extitit·v̄·dc·xlvi
Marcellianus anñ·vi. Calcedonensis sinodus agit·v̄·dc·lii. Leo
maior anñ·xvi.Egiptus errore dioscori languet·v̄·dc·lxviii. Ze/
non anñ·xvii.Corpus barnabe apostoli·& euangelium mathei
repertum est·v̄·dc·lxxxv.Anastasius anñ·xxvii. Fulgẽtius ep̄s
predicat·v̄·dcc·xii.Iustinus anñ·vii.Anacephalorum heresis ab
dicatur·v̄·dcc·xix. Iustinianus· xxviii anñ.. Wandali in affrica
a vilisario extinguũtur·v̄·dcc· xlviii. Iustinus anñ·xi.. Armenii
fidem xp̄i suscipiunt·v̄·dcc·lix. Tiberius annis·vii. Longobardi
italiam capiunt·v̄·dcc·lxvi. Mauricius anñ·xxi. Gothi catholici
effecti sunt·v̄·dcc·xcviii.Focas añ·viii. Romani cedũtur a persis
v̄·dcc·xcv.Eraclius anñ·xxvii.Huius qnto & quarto religiosissi
mi principis sisebuti in hispania iudei baptisant·v̄·dccc·xxxiiii ..
Residuũ quinte etatis tempus deo soli est cognitum.

INCIPIT · LIBER · SEXTVS · DE · VETERI · ET · NOVO · TESTAMENTO

VETVS TESTAMENTVM IDEO DICITVR · QVIA · VENIENTE · NOVO · CESSAVIT · DE · QVO apostolus meminit dicens. Vetera transie/runt·& ecce omnia facta sunt noua. Testamentum autem nouum ideo nũcupatur quia innouat. Non enim illud discunt nisi homines renouati ex vetustate per gratiam·& pertinẽtes iam ad testamentum nouum quod est regnum caelorum. Hebrei autem vetus testamẽtum esdra auctore iuxta numerum litterarum suarũ in viginti duobus libris accipiunt· diuidentes eos in tres ordines· legis·scilicet & prophetarum· & agiographorum. Primus ordo legis-